Universitätsbibliothek Paderborn

TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.|| An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Octaua Conclusio. Interdum permittit Deus Dæmonem operari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Visual Library

Octaua Concluſio. *Interdum permittit Deus Dæmonem operari.*

AD exercitium bonorum, vt in fide confirmentur, & in virtute patientiæ confortentur, ne grauius iudicium ſuſtinere cogantur. Auguſtinus Tractat. 7. in Ioann. Hinc non voluntas eius, cuius poteſtas in bonos datur, ſed eius voluntas, à quo hæc poteſtas confertur, chariſsima eſſe debet. Occulta ſunt etiam quandoq, iudicia in his operibus.

Nona Concluſio. *Ab angelis bonis etiam quandoq; coguntur Dæmones.*

VICTORIA in Relectione de arte Magica num. 22. Quia angeli boni virtute diuina præualent, & Angeli ex ſuperioribus etiam poteſtate naturali vincunt multos Dæmones inferiores. Quare vt S. Thomas tradit in qq. de potentia Dei q. 6. ad ordinem poteſtatum ſpectat, Dæmones cogere. Et hoc pacto angeli tutelares & cuſtodes non rarò arcent dęmones à ſuis clientibus: & præſides prouinciarum frequenter impediunt, ne nocumenta inferant certis locis in agris & fructibus, & alijs bonis.

Decima Concluſio. *Magi virtute diabolica poſſunt aliquando Dæmones cogere, & è ſuis ſedibus expellere.*

CON-